



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnium Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

LIII [i. e. LIIII]. Antistes

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

tionē perduxit, & non multo post ad propria re-
meauit. Interea domestico tumultu ciuiliq; bel-
lo passim concertatū est, his Arēburgo, istis Bra-
banto, illis neutri addictis, vt magnatū atq; me-
diocriū familiæ, parricidēs, stragibusq; sese infe-
starētur, & bonorū inimici, patriæ hostes, latro-
nes prouintię, sceleꝝ federe ac nepharia societa-
te coniuncti, maximo discrimini regiā expone-
rēt. Maxime quia Arēburgus iā aberat, & oppi-
gus in bra-
dū Landen adort⁹, impetu atq; dolo inuaserat. bantos ir-
Qui ad festū diuę Catarinę noctu Brabantorū le-
ruit
giones adortus, dū eas in cāpis Bombardarū ia-
ctibus instructos, nimīū sibi fidere agnouit: subi-
to irruens, supra quingētos occidit, & prædā ab-
latā faucibus excutiens, plures captiuos in Leo-
dū abduxit.

CLIII. Antistes

Ioannes Horneus, filius Comitis ab Horne,
Adulescens statura iusta, vultū sitūq; corpo-
ris, cū animo cōponens, genuinā primis etiā
annis constantiā præ se ferens, laudis ac mulierū
amans, eris prodigus, animo tamē præceps, et in
ira modī nescius, cōuentu canonicorū Louanū
congregato, quū Iacobū Croñū nonnulli eligif-
sent, cōparatis vtriusq; in patriā meritis, hac con-
ditione prælatus est, modo huic ex prouētib⁹ pō-
tificis quotannis tria milia aureorum penderet
Quapropter Arenburgus comitatū Hornesem

N

Arenbur frequēter incurſans, mīſerāda afflictioē ditionē
 gus comi attriuit: & **Leodini** pariter fere biēniū, intestino
 tatū Hor^o bello **Lymburgenses** infectati sunt. Quibus dū
 nense in^o **Traiectēses** suppetias ferrēt, castrūq; **zichemiū**
 cursat atrociter obsiderent, **Euerard^o** a **Marca**, robore
Leodiorū armisq; fretus, obsidionē soluit, & ia
Traiectē stāticulos ciues, vsq; ad ciuitatis suę mētia mul-
 ses obſi- ta in eos strage bachat^o adēgit. Nā eo honoratī
 dēt **zichē** simi quicq; prēliū inspecturi, sandalīs pcesserāt:
 quos in foccos domū recurrisse, plurimi etiānū
 ridere solent. Interfecti sunt nō minus quingēti
 viri, prāter eos quos captiuos **Leodii** deduxit.
Imp. Ho. d. H.
Di. v. l. p. p. m.
o. v.
Arēburg^o Postridie vero **Arēburgus** cū **Hoñanis** **Leodii**
 in **Braban** appropians, impēdio dolebat, hac occasioē non
 se factū iri ciuē **Traiectē**. dū portas irrūpere po-
 tuisset. Qui anno salutis. i. 483. castrū **Hollonię**
ros euolat obsidente **Brabāto**, & multa potentia vndiq; co-
 lonias coangustāte. 4. Idus Ianuarias, omnīū ci-
 uitatū ac pagorū stipatus agminib^o cū stipēdiari-
 is quos cumulatus ordinauerat, in cōspectū ho-
 stiū nō lōge positis castris properauit. Sed vidēs
 quod hostis nil moliretur, quin poti^o maiora ex-
 pectaret p̄ſidia, repēte super eū irruit, eosq; potē-
 tissime in cāpis cōpositos: diu circū equitās, a clas-
 ficis viris, ne nemiū auderet admonitus, quū ex
 priorib^o fortunis euētū belli faceret, iureiurādo
 adhibito, se nēmini suorū parciturū affirmauit,

qui aliquē Brabantorū aut captiuū, aut spoliatū
abduceret, modo illū nō interficeret. Quātū di
spēdij hęc p̄cipitātia attulerit: p̄zē h̄ exit⁹ osten
dit, q̄n stragē immēsam facientib⁹ Brabātis, vno
diq; vallat⁹ exercit⁹, bōbardarū atq; tēlorū emif
sioibus anxie nimis & vsq; ad mortē p̄mebatur Audacia,
nec Leodij referēdi, atq; cū eis cōflictādi dabat Arenbur
copia. Quoties em̄ in eos acies impetū facere ni gi
tebātur, illi dissolutis agminib⁹ conatū illudētes
ad diuersa ferebātur. Iterū Leodij in castra se re
cipiētib⁹, illi agmina sua reuocātes, rursus circū
cingebāt exercitū, & instātes acri⁹ quasi obsessis
requiē negabāt. Factū ē ergo vt oīs illa exterorū
v̄tus, vulgicq; colluuiēs, q̄ armis, virib⁹ & nume
ro putabatur inuincibilis, subito cōerita corruer
et, adēpto e Frācorū eq̄tibus, illustri viro. d. Gal
har capitaneo. cū satrapa E malig, ceteris optima
tib⁹ in captiuitatē deductis, clarissimo. d. cōmen
datore Traiectēn. d. Adulpho a marca, Magna
te a Strēlthe, Gysberto cāneo, & nō paucis alijs
viris, quorū cōsilio nunq; ita ad cōflictū peruētū
fuerat. Tamen si hac p̄stratione, suorūq; fuga,
Arenburgi fiducia nequaquā debilitata sit, quini
mo, iterum ac tertio in turmas inuolans, non
nisi summo prospecto malo, ab inuasiōe diuel
lipotuit, & paucorum adeo redux, cum hoste
nūquam pacisci in mentem induxit. Canonicis

N ij

*Adm. p. or
(in m. m. m. q̄
diminuo v̄ an
fio v̄. d. p̄ q̄
ab h̄m.)*

enim atq; magistratibus Leodiū de pace contres-
 tantibus, dū illorū acerbe ad se aditū ferret: nōq;
 nihilo segnius eū vrgerent, tēdio pariter ac furo-
 re animi incensus, Quintinū Burgimagistrū cū
 socio ante fores palatij, quo se continebat, inter-
 fici iussit. Deinde etiā ciuē Hoſjanū e diuersorio
 sublatū, hac de causa in foro capite plecti: passim
 q; alios pacis autores: animaduerti p̄cepit. In hac
 miseranda rerū calamitate, discordia oēs ciuita-
 tes & pagos; domosq; ac limina cepit: vt quoti-
 die homicidia exaudirentur & inimicitie, vt ne-
 mo se domū recipere auderet, sed passim in tem-
 plis homines pernoctarēt. Neq; tamē hic eis lati-
 bulū concessum est, adeo vt in oppido Herckēsi,
 ciues inter se dissidentes, magnā hominū partē,
 ignibus cōburerent, & in Basilica Alkensi villa-
 nis confugiētibus, pariterq; in turri Aspēsi, traie-
 cto finitima summoto foco, loca sacra succende-
 rent. Eoq; processum est: vt. D. Antoni⁹ Palād⁹
 seditiōe in driapolim exorta, ciues cohercere, &
 mēnia indefinēter obseruare debuerit. Et passim
 aliū magnates, suis domicilijs prouidere. Perpen-
 debāt nāq; Brabātorū copias adepta tam insigni
 victoria magis excrescere: quę se pxime in Haf-
 baniā deriuare, deinde etiā Leodiū oppugnare
 disponebat. Quę discrimina satis tēpestiue Leo-
 dñs prospiciētib⁹, suburbia qb⁹ isti se saluare cre-

Oppidū
 Herckēse
 maeseick
 Brabanto
 rū copia.

debat, partim exusserunt, ut vix a monasterio di-
ui Laurēti etiā tēperatū sit. Quod pleriq; dato
studio incēdi curarāt, sed p̄sidio magnatū a mar-
ca, sacrilegi conat⁹ impediti sunt. E quib⁹ Leodi-
orū ingeniū admirat⁹ Maximilian⁹ copias alio
deduxit, Tūgrimq; cui⁹ nuper sitū, fortitudinē **Maximili-**
q; explorauerat, obsidione vallās, paucis diebus **anus Tū-**
in deditōne accepit. Quā gloriosus victor ingre- **grim obsi-**
diēs, ciues Antistitē horneū, āplecti multa vene- **det**
ratiōe cōpulit. Deinde .i4. calēdas Martij, omni
expeditiōe oppidū Blisię hac parte obsedit, dū il- **Oppidū**
lacarcē (q̄ prominebat) expugnarēt traiectē. op **Blisię ex-**
tentāq; ferro ac igne vastauit. Hac tēpestate Na **pugnatur**
murcēn. frequētib⁹ aggressiōib⁹ Hoñū angebāt
& ciuitatē obsidiōe cingentes, aliq̄ diu oppugna-
bāt, quos Euerard⁹ a Marca & Arēburgus, cre-
bris excursiōib⁹ fatigātes, inglorios abscedere fe- **Namur**
cerūt. Quorū aduētū cognito, aīositatem hoīm **cētes Hoñ**
bellicosissimorū reformidātes, obsidione soluta **um obsi-**
ad propria amigrarūt. Interea missis vtrinq; de **dent**
pace nūtijs, inducñsq; ad octauas pasce datis, ali-
q̄ diu cōcordia stetit, donec Frederic⁹ de vveethē
& capitane⁹ qdā Hoñū adueniētes, ab Arēbur-
go, rupto fēdere, captiui in Leodiū deducebātur
Quorū captiuitate, populares & potissimū villa-
ni, aīo fracti velut intabuerūt, nimirū quū facilli-
mū intellectu foret, bellū truculētissimū, iā iāq;

Arenbur instare. Quod parū Falsar gallice nūcupat⁹ (Leburgus in petit Falsar) fortiter excitās, armigeros Hoñano Namur⁹ rū atq; stipēdiarios Arēburgi, in Namurcēsem censes, & agrū deduxit. Deinde per Cāpiniā multis dānis Campini⁹ illatis, ad oppidū Peer, quo oēs fere rustici cōfuerant exerci gerāt, hostēq; expectabāt, spatiose exercitū diuitū dedu⁹ dens appropinquauit. Cūq; tēplū fugā simulantē, ceu asylū oppeterent, astute plebeculā bene armatā cōspicientes, arte magis q̄ armis supera⁹

oppidum Peer liciti sunt, dūmodo Arēburgo oppidū resignarēt: q̄ nesciētes tā prope fore subsidiū, cōditionē susceperūt, sed armatorū subito aduētū cognito quū nihil iā mutare possent, a p̄liatorib⁹ fortissimis impediti, quū cōmisso bello ex more inter p̄liandū, q̄ Arēburgo adherebāt, clamarēt: exanimēs facti, p̄lio pene oēs copiē pedestres perierē, occisis ex Cāpiniēfib⁹, circiter Mille q̄ngētis viris, adeo vt fraude Capitaneorū oīs pene Cāpiniā cōcideret, & nūq̄ in tā ācipiti bello, tot hoīes simul e nostratibus p̄strati fuerint. Antistes igit̄ quū casū hūc, & miseras oēs Maximiliano atq; amicis p̄poneret, plurimoq; luctu ciuitatē Tra

Antistes in Traie⁹ iectēsem a se descuiisse magna ex parte cōgrerēt adiutorio Brabātorū eo cōfluxit, breuiq; spatio cōto excipi sic ciues pmouit, vt ad ducē auxiliij grā recurre⁹ rēteūq; intra suos muros exciperēt. Ex quo Arē

burgū facile vrgēs, multis afflictioib⁹ attritū, su-
 um stipēdiarifi fecit, pacēq; vniuersalē Antistiti
 cōciliauit. Quā statim sequuta ē vehemēs pesti⁹ Pestilētia,
 lētia, q̄ Brabatiā & oē Leodiēse territoriū, vigo-
 re suo dissipauit, et ppe modū extinxit. Cūq; cō-
 firmatio hornei iā primū expedita esset (hacten⁹
 em Croñ⁹ patrocinate sibi in oib⁹ Cardinale. S.
 clemētis, suspēsā in vrbe sentētiā detinebat) quā
 mortuo eo R. O. Po. huic benigne trās fudit. Qua
 ppter arēburg⁹ āpli⁹ hui⁹ exclusionē meditat⁹ ē
 et oīa hostiliter incurfās, ditiōes multas vsurpa-
 uit: donec p arbios inter eos sine apto Marte cō-
 uētio facta est, et Antistes ciuitates cēsuali titulo
 subiugauit, q̄s ad pristinā iurisdictionē multis la-
 borib⁹ reduxit, Anno igit̄ salutis. i 484, eq̄tatu
 magnatū a Marca, Arēburgiq; comit̄s, adde ci-
 uitiū turmis obuiā pcedētib⁹, Leodiū introduct⁹
 est, ibi maxima necessitudine eos sibi deuinxit,
 vt noctes plurimos vno in lecto ipse & Arēbur-
 g⁹ pariter trāsigerēt, obsoniorūq; cōdimētis mu-
 tuo indulgerēt, et indiuidua familiaritate inuicē
 cōiūgerētur. Verū hęc oīa antistes falso faciebat
 vt facili⁹ tm̄ herculē opprimere posset: qđ sequē
 tiāno: euidētioribus signis ostēsum est. Cōueniē
 tibus em̄ Antistite, Comite Horneo, & Philip⁹
 po a mōtegeis (q̄ fratres erāt) in oppido Trudo
 nēsi, remissioe ludorū, cenisq; dubijs certatibus,
 burgum.

Horne⁹ in
 Leodium
 deductus
 est.

Vide si
 multatē
 Hornei,
 qua opp̄s
 sit Aren
 burgum.

*In oppido Trudo sit quatuor annos 80 N iij p affinitate del
 Rurū amicitia absenti p p q b*

Capitur
Gulielm⁹
Arēsbur-
gus

hora postmeridiana, aut palmarū ludos tentabāt
aut ad saltationē digrediebātur. Mox etiā equos
velocissimos cōscendētes, dū se Philippus equi-
tatu solatium quærere simulasset, Gulielmus pa-
riter coequitans, agilitate omnes superauit. Sed
positis insidijs inermē in cāpestri loco inuadētes
asseclis destitutū, cōpedibus strinxerunt. Quis
hic subesse aliquid doli suspicatus fuisset? Cūq;
consanguinitatis vocabulo nepotes cōpellaret,
diuq; rogaret, ne quoquo modo Traiectū adue-
heretur, vix responsis ac consolatione illum dīg-
nati sunt. Vespere ergo ad equitantibus lancea-
rīs, concilio (vt fertur) Maximiliani auidæ gen-
ti exhibitus est, postridieq; iussu Antistitis edu-
ctus, quum illum e fenestella respiciētē, intēde-
re suæ neci aduertisset, perfidię & inhumanitatis
insimulabat. Deinde mortem magni constiturā
prædicens, quū barbā in ora inuoluisset, & ver-
bis carnifici animum addidisset, ceruicē tetendit
gladioq; supposuit. Qua statim amputata, in cœ-
nobio Dominicalium, quum eius cōfessionem
prior recepisset, sepulturæ ad arā summam tradi-
tus est tercio decimo Calendas Iulias. Defect² est
& alter in quattuor partes. Gisbertus a Ryckel

Mors arēsbur-
burgi

Argumē-
ta nouibel-
li

quē cōplicem in omnibus, maxime vero in cede
eius Traiectensis, habuerat. Hic primum vide-
as noua præliorū exordia, Marcios atq; Arēsbur-

gos frendere, Magnates bilem stomachari, quo-
 rum consilijs, vt occasio fomentū addidit, ita ex-
 treme iniuriā vlcisci, belliq; curā suscipere haud
 quaq; cunctati sunt. Qui sibi Euerhardum Arenf
 burgi germanū, & Robertum nepotē. Duces as-
 sumentes, copijs coadunatis, arces passim & mu-
 nitiones fortissimas, pagosq; diripiebant, Acces-
 sit Gislebertus Canneus hominū qui viuebāt faci-
 norissimus, qui in contione ad populum perora-
 bat, animos fere omniū conciliabat, sceleratorū
 q; congregato exercitu, in omnē late prouinciā
 expeditionē mouit Robertus munitissimū Stoc-
 hemij castrū excepit, & ipdomito illinc robore
 euolans, Traiectenses crudeliter afflixit. Euerar-
 dus opidū Hassellense intercipiens, propugna-
 culis stabiluit; & inde Lossensem agrū militum
 immanitate vastauit. Qui omnes primo noctis
 conticinio per notos aditus opidum Trudonen-
 se irrumpentes, opidanos in ipsa coitione obuiā
 factos trucidauerunt. Deinde monasteriū & do-
 micilia spoliantes. Abbatem filiū domini a Ber-
 gis, cū ciuib; cōpeditum, Leodiū captiuum de-
 duxerunt. Subinde Canneus astu, Curingiæ ca-
 strum adortus, facili opera occupauit, sicq; dein-
 ceptū proprij exercitus educator, magno horrore
 prouintiā cōcussit Leodiumq; adueniens, quū
 alter capitaneus Petrus a Rocha ciuib; formio

D. Euerar-
 dus arenf-
 burgus

*Comitatus
 in nota fono
 a amon gugo*

Robertus
 a Marca

Opidū di-
 ui Trudo-
 nis expug-
 natur

*Lotarum d. m. 1000
 1000 1000
 1000 1000
 1000 1000*
 Curingia

Cannei
crudelitas

*Compro q
q g mto, p
quid malis
Deburga d p
vbi ptur*

Pubes Le
odia egre
cane, ope
ra patitur

*Ex p dno
vobis m d p
m m m m
d h m m
p d m m
a p a m m m*

Cannig
mors

dandus esset, proximeq; secū gloria decertaret,
nulla habitacausa subito captiuauit et in foro, ca
pite truncauit. Qui pari cōsuetudine apud ōnes
agēs, victor Sicarijs imperitabat, nulli ætati, se
xui, gradui, dignitati parcere, trāsuerberare par
turiētes vteros, in infantū viscera animosum fer
rū capulo tenus recōdere, canos rubeo sanguine
cōspargere, immeritos fontesq; eadē crudelitate
laniare. Vsq; adeo vt in vrbē Leodinā odio con
cepto, arcē in montē V valburgi, cōiurationēq;
in vrbicos firmare disponderet, multis noctibus,
multos cōuocaret, armigeros Frācos coacerua
ret, breuiter, vnā omniū perniciē meditaretur.
Cūq; tātis malis nemo cōtraniti auderet, pubes
grauiter id passa, in festis pascalibus Imperatorē
sibi delegit, & omnē apparatū fabricāq; demoli
ta est. Quod in parētes affatim regerēs, die ordi
nata, expeditionē cogitauit. Sed subito clamori
b⁹ populi preuētus, quum in foro cōcurrisset, ar
matā plebeculā cōspiciēs, fastidire cepit. Deinde
e tēplo in eos inuasionē dirigens, quidā e vulgo
emin⁹ e gradibus eiectū, in foro, cōplicibus ter
ga vertentibus, extinxit. Qua potiti victoria,
Abbatē Trudonēsem e custodia liberauerūt, &
de reliquis, iusta supplicia sumentes, perditissi
mos quosq; occiderūt. Post quē antistes Leodiū
properās, quū factū collaudasset, multū sua prę

sentia favore cōciliauit. Interea Arēsburgi Arē
duēnā obtinētes, nouas copias coaceruabāt, &
Leodio obtinēdo āxie laborātes, pōtē amari cor
dis vulgo dictū, occupare conati sunt. Sed ciuib⁹
ad arma cōcurrētib⁹, hac spe quoq; frustrati fue^o Arensbur
re. Quare rursus anno salutis. i. 487. Idibus Ia^o gñ leodiū
nuarij monasteriū cartusiæ nocte irrūpentes, in obsident
structiori apparatu Bōbardarū, atq; copiarū mul
titudine, ciuitatē deterebāt, quorum casus ilico
propositū destruxit, quādo ciuibus assidua erup
tione excurrētibus, fauilla in tectū flāmā cōcitās
replū & officinas fere omnes dissipauit. Manēte
autē præsidio ædificiorū, diebus decē & octo, cō
flictatū est, & Arensburgus fact⁹ inferior (maxi
me quia e Brabantia atq; vniuerso territorio ag
mina cōfluebant) nocte quadā se subduxit, mo
nasteriūq; ciuibus exosum factū, eorū direptio
ni reliquit. Interea ad Calēdas Iulij hōdem copijs Frācimon
francimōtū antistes obsedit, & validissimo robo tum obsi
re vsq; ad .5. Id⁹ Augusti, idē pene cōtruit. Quē detur
Arensburgū in Gallia vndiq; corraso milite ab
ire protinus coegerūt. Ceterū in Hasbaniā frāci
genæ populabūdi cōtēdētes vix multis pecunijs
reuocari poterant, quinimo quum Arensburgi
is cōniuerent, federe rupto, aliquoties eādē mul
tā reposcebāt. Igitur āno millesimo quadringē
tesimo. 88. quum turbatis Brabātia atq; Flādrig

*multa vltima q; pona p'missio vltima vltima
corrupto corpore multar hoc multar p'm scattay*

*Comm'a
m 17 p vnt
luy of 9 sin
tyrey*

**Arensbur
gñ leodiū
capiunt**

**Colmōtū
edificatur**

**Ciuile bel
lum apud
Brabātos.**

**Iacob⁹ de
croñ**

rebus Maximiliano Antistes adesset, ad mediū
quadragesimæ Euerard⁹ a Marca opportunitatē
occupādi leodiū arripiebat, & rursus pōtē amari
cordis occupans, infidēs Gilcuini, & Petri parui
qui ciuium capitanei a ciuibus descuerāt (quū a
Genneppia per promōtoria in Mēnia diuæ Mar
garetę adniterētur) dātibus Arensburgñs signa
urbē ceperunt, vniuersisq; ciuibus atq; stipendia
rñs captis, Comitē Horneū, magnatem Rasonē
a Vvarons, & Nicolaū Cortenbachū, in custo
diā dominorū a Marca collocauerunt, & Tilmā
nū Ciuitatis præfectū, crudeliter occiderunt. De
niq; Canonicū nobilem iuxta ac prudentē Dob
belsteynū, in Mosam præcipitauerunt. Cūq; in
eum modū ditionem omnem subñcere propo
nerent. Castrū Coelmont, locū inaccessibile tāq;
asylū prædonum reedificauerunt, pariterq; & alio
as arces semirutas instaurantes, speluncas Parri
cidarū extruxerunt, e quibus sedulo prædari li
ceret, & cōmode in agros excurrere. Porro Bra
bantisciuii bello se inuicē infestantibus, Louani
ensibus visum est Arensburgios beneficio sibi
demereri. Qui Francorū legiones, haud difficio
le ad se pertrahentes. Antuerpiensibus & Mech
liniensibus negocium facefebant. Dū autē hæc
fiebant. Iacobus Croñus acceptā occasionē sibi
cōmodam iudicans, Leodiū aduenit, & nō sibi

solutam summā, ab antistite causatus, in eū eccle-
clēsiasticū fulmen vibrare, & ciues instigare ad
pessima laborauit. Missisq; oratoribus Francorū
regē sibi conciliare, & gentē dedere, modo se an-
tistitē constitueret, serio pollicitus, quū hac paro-
te minime audiret, repudiatus est. Capitaneis au-
tē crūte omnia defēdatibus, vt magis formidā-
da esset illorū autoritas, octoginta ciues, e ciui-
tate secū adduxerunt, & in custodiā Cartusie col-
locauerūt. Nā ea tēpestate dū alio fecessissent a-
rensburgū, rursus monasterium absolutum est,
quos post quattuordecim dies, Robertus Arens-
burgus, Leodiū adueniens, domū redire permi-
sit, talēq; violentiā non adeo licenter irrogandā
militibus indixit. Sic quoq; conciliatis sibi ciuib;
furtim in Traiectū per mōenia irrūpere in nocte
dominicę annunciationis aggressus est, sed dum
haud successisset, idē secundo ac tercio facere eni-
sus, toties repulsam passus est. Proinde etiā Phi-
lippum Rauensteynū a Cliuis, quē vulgo Phi-
lippum nobilem appellabāt, cū copijs omnium
ditionū, focium asscissens, omniū Leodiorū sup-
petijs adiutus, vndecimo Calēdas Maias, opidū
Trudonense obsedit, Antistitē enim Horneū in
tra mōenia ciues excāperāt & Arēsburgiorū fa-
stū aspernabātur. Vnde Euerardus hac, illac Ra-
uensteinius muros fortiter Bōbardarū iaculis cō-

*Robt dū
burgus*

Antistes

*tentat in
Traiectū
irrūpere*

rauestein

*Opidū die
ui Trudo-
nis*

cutiētes, plurimā incolis dāna inferebāt. Tācētī
 videntes qui intus erant, quoniā hostis plurimū
 valeret, qui muros iā cōscendere & scalas admo
 uere, machinas per circuitū parare auderet aduer
 sus eos eminens cōflictū inire. Nā coassistēte in
 mœnibus horneo, facta est atrox pugna, & cruē
 tū nimis bellū, quos animosius antistes inflāmās
 quū huc illuc cursitasset, & mediocri armatura
 inter pedestres perstaret, ciuitatē de manibus ho
 stiū eripuerūt. Quare timore ducis Saxoniz ob
 sidionē vltro sustulerūt, simul atq; stipendiatorū
 cōstantiā, inuictāq; ciuiū spē aduertissent. Statim
 q; in Brabantia antistes recedēs, Magnatē Arnol
 dū a Berlo, capitaneū militiē, ciuitatisq; propug
 natorē cōstituit. Qui in Hasbaniā circūquaq; ex
 eurrēs, multa aliq̄diu crudelitate rusticos oppres
 sit, ferro igneq; loca vastauit donec dñs Gracia
 nus e Fracia Louaniensibus destinatus vim illius
 cohiberet. Ceterū antistes cū duce Saxonū. Id^o

Oppidum Augusti oppidū Theēse, direptis omnibus ex
 Thenen^o pugnavit, ex quo illapsus Saxo, quū insidijs A
 rensburgorū facile capi potuisset, ab Horneo ser
 uatus, maximo necessitudinis glutino deinceps
 illi deuinctus est. Quare fēdere inter Romanorū
 regē & Francū cōposito, suarū partiū putauit an
 tistitē in ditionē deducere, missisq; ad ciuitates so
 lenioribus nūtijs, a Trudonēsis, Hassellēsis^o

Deinde etiā a Tūgrensib⁹, atq; Hoyanis, opido
rū oīm magistratib⁹, in arcem Sanxō cōfluētib⁹
tanq̄ indubitat⁹ dñs agnitus est. Qui Arensbur Colmōtū
gios vnico refugio potissimū cōfidere dinoscēs obsidetur
expeditionē oēm, & Bōbardarū apparatū ante
Coelmōtū deduxit, quod machinarū iactib⁹ aliq̄
diu cōcutiens, in deditōnē accepit, maioraq; in
dies aggredi prēsūpsit: Cæterū de pace cōtractan
tib⁹ Aquisgrani regū oratorib⁹, res diu & que du
bia permāsit, quousque dux Euerardū prope tū
grī ad colloquiū euocaret, & p̄positione in char
tas redacta causam Imperatoris & suā ipsi⁹ cōclu
deret, q̄tenus ingēs pecunia quotānis ei pendere
tur, & recōposita quadraginta florenorū milia le
odienses cōferrēt. His igitur pactiōib⁹ pmulga
tū est fēd⁹, Regis Romanorū ducis Saxonū, &
Arensburgorū, & de antistite nihil hacten⁹ actū
Qui de pace penit⁹ desperās, dū in Tūgrī se rece
pisset, pridie Calen. Nouē. Leodiū irrūpere sub
noctu, scalis adhibitis cōtendit, sed vigilib⁹ con
tū reprimētib⁹ quū effectū cōsequi nō posset idē
Nonis decē. facere aggressus, exustis suburbij
Vualburgi & diuē Margarete, ad castra se rece
pit. Post quæ arcē Millen expugnans, igne ferro
que vastauit, & castellum Seyne diruens, Dria
polim obsidere apposuit. Sed ciuib⁹ se dedētib⁹ Maesleyc
ilico ab obsidiōe cessauit. Preterea Anno salutis obsidetur

4000

Antipr. b. h.
Dud. v. v. p.
g. v. d. i. s.

**Arenbur
gñ Dionā
tum obsi
dent.**

**Conflict⁹
in Mirica
zōhouea**

i 490. quarto nonas Feb. legati Francorū Tra
iectū adueniētes, cōpositionē partium ad se rece
perūt sed ancipiti Marte vniuersa dissipāte, nihil
certi cōstituere valuerūt. Nā Arēburgñ Dionā
tū obsidione vallātes, viciniā oēm attriuerūt: &
oppidū expugnare desperātes, alio diuerterunt
& loca superiora de p̄dati sunt: Nā Iacob⁹ Croñ
us, maliciosis calcar admouere cepit, & seditionē
fortissime excitare, qñ Antistes Tūgrēsium
expeditionē, vna cū sagittarijs in Fleumaliā ad
Mosā demisit:munitionesq; ibi sitas atq; coloni
as, vastādas diripiendasq; exercitui designauit,
copijs quidē potiorib⁹ in hoc seruatis, vt qđ cō
silio, tot procerū cōponi nō posset, demū armis
cōseqreretur. Audierat enim arēburgios nolle pa
cisci, & cōflictū in mirica p̄stolari multaq; potē
tia in zōhouiū applicuisse. Igitur audacis animi
et magne spei, tū eqs tū pedes hostib⁹ intolerabi
lis, charissimus autē focijs: Arēburgios semel et
sūme experire voluit, primoq; diluculo surgēs,
stipendiarijs atq; Hassellē sib⁹ stipatus, sacramen
tis datis, & erectis signis exercitū, per difficilia,
atq; inusitata loca zōhouium vsq; deduxit, &
haud contēpnendo instrumentorū apparatu suf
fultus, fortes esse, & animo infractos asseclas ad
monuit. Porro Arēburgñ, ebrñ & bello inhabi
les, multo tamen numero & armis instructi, in

vastam planicie contendebant: quibus quū non
daretur copia turbandi, hastis atq; sagittis agmi
na, clamoribus sibi inuicem animum addebant.
At subesse discrimen in coitione Antistes cōspi
ciens, exhortationis gratia, suos alloquutus est:
& arrepto clypeo & sacra lancea, ipse primum
equum vertit in hostem, fortissimi militis & op
timi ducis officio perfunctus. Audentes hostiū
cunei primo resisterunt, hostibusq; intermixti,
omnes fere extincti sunt: aut capti, aut vulnerati
nonnulli vero villas incurrerunt. Captus est lo
annotus gnotus (quem bastardū illi appellabāt)
gener D. Gulielmi arenburgi, militię antesigna
nus, cuius loco comes ab Horne, quē in Castel
lum Longeis, detinebant, restitutus est, & pax
effectum consequuta est. Cæterū tanta Nobiliū
atq; Leodinorū multitudo absumpta est: vt fere
Arēburgiorū extrema hęc esset incursio. Victo
riā vero pax subsequuta est, quam Aquisgranū
quidam concluderāt, at sigillis Leodiorum nec
dum appendentibus, nouæ seditionis seminari
um fuit. Ipsa siquidē Pasce sacrosancto die mali
tiosis, indigna visa est, rursus optimis quibusq;
oportuna & salutaris, Quos illi in captiuitatem
contrudentes totos quattuor dies Custodibus
adhibitis diuexauerunt: quousq; Engelbertus a
Nassau, pactorum conseruator, Leodium pro

Arenbur
gū in pre
liando in
feriores fi
unt.

perans, eos e carcere liberaret, & pacem pariter
 promulgandam dignum duceret. Cumq; per
 negotia alio vocatus, ille abisset: Vincentium a
 Syvanenberch reipublice protectorem constitu
 ens, utrosq; tam Arenburgium q̄ Antistitem,
 ciuitate abesse voluerunt, donec articulis effica
 cioribus, sedus concussum esset. Igitur ad Aren
 burgios Iacobus Croñus confugiens, nouas ex
 cogitauit insidias, & Arenburgns ad castella sua
 confluentibus (quod nihilominus inuitus facie
 bat Euerardus) pestiferis persuasionibus, rursus
 ad arma eos incitauit. Qui pridie Calendas No
 uembres, copns densissimis stipatus, Leodium
 properans, per pontem Auroti aditum tetauit,
 & postridie. D. Robertus vtraque armatura &
 Francorum agminibus instructissimus, in Mo
 nasterium diui Laurenti applicuit. Quem Cro
 ñus cum Decano summi collegi, atq; Magistra
 ribus mane in ciuitatem deducens, Ioannorum
 militie capitaneum, Reipublice protectore cons
 tituit. Proinde Hasbaniq; magis affectus, suos
 exercitus in Campiniam demisit, quam miseris
 modis deualtantes, direptioni exponebant, &
 ecclesias passim exurebant, ecclesiam in Coeter
 zem, vveellen, Diepembeick, & alias atq; alio
 as. Iam vero vt tutius in Ciuitate degerent, tri
 ginta duos ex primoribus ciuitatis deligebant,

Arenbur
 gn̄ in Leo
 dium ve
 niunt

quos fidelitatis præstitæ obsides, in Francimontum retinerent. Quorum miserta illustris adeo ac prudentissima Heroïna, D. Roberti vxor, Coniunx quum Decimo septimo Calendas Ianuarias Le Roberti a odium aduenisset; non prius accumbere oportu Marca piæ num ducebat, quam illi e vinculis absoluti emit tissima terentur. Res profecto Matronis illustribus digna, vt quarum nobilitas in armis non velita- tur, earum in domestico ciuiliq; bello compro- betur humanitas. Igitur hac consiliatrice factum est, vt ciuitatem ad archarum portam, muris at- que repagulis, geminisq; portis Robertus vesti- ret: quam quia militibus Francorum custodien- dam deputauit, noua Fracia appellata est. Cum- que Iohannotus & latrunculi, passim ditiones attererent: accessit malum aliud intolerabile. Nam toto anno Nonagesimo primo, sterilitas Sterilitas & gelu agros exedit: vt ne aristæ quidem, fatis & rustici passim atq; opidani, esu- rie intabescerent, radicibus atq; straminibus, fa- melicum ventrem implerent. Ad hæc tonitrua & tempestates frequenter ingruerant, vt turris Collegij diui Ioannis ad insulam, & perinde cul- mina ecclesiarum diui **S E R V A T I E** & **C A T A R I N A E** turbo absumeret. In qua miseranda rerum omnium calamitasq; concordia nullum locum sortita est. Nam

consultantibus in Dieſt atq; Traiecto nobilibus
 ad nullum pacis bonum, peruentum est. Vnde
 Dux Saxonum Antisti rursus auxiliares ma-
 nus adhibēs, Leodium accelerare, irumpereq;
 propofuit; sed multis ædificiis colonisq; in gla-
 no & finitimis locis, hostiliter cōcrematis, quū
 Leodine ciuitatis situm e monte diui Egidij cō-
 templaretur, exercitu circumstante, subsellium
 adferri ocysus præcepit. Cumq; magnificum ali-
 quod, equites audire sperarent: diſterio, protin⁹
 omnem expectationem cōfudit. nemo (inquit)
 absq; manicis ferreis, ahenisq; calcibus, hanc in
 urbem irripere poterit. Tali nimirum apologo
 subindicans copias suas minus ad expugnandū
 sufficere. Itaque demisit exercitum, & non nisi
 vnum assultum decimo octauo Calendas Apri-
 les ad menia sub noctu Machinatus, magnam et
 Bombardarum & malleorum scalarumq; iactu-
 ram passus est. Quo infeliciter succedente, dolo
 Antistes ad Monasterium diui Iacobi irrumpe-
 re cogitauit; sed nimium properans, cuniculis vi-
 gilum ibi ordinatis, in turpem fugam se conuer-
 tit. Toto igitur anno, Leodij & alijs in locis er-
 ga proditores animaduersum est: & crudeliter
 supplicia irrogata. Interea mense Iunio ciuibus
 propemodū fame pereuntibus; Antistes e Tū-
 gri excurrens, portam diuæ Margarete pene ex-

Diſterij
 Ducis Sa-
 xonum
 Diſterij ſub
 mte, et ante
 Diſta vel qd
 Diſta no ſua
 Alio mo ſro
 mata
 Alrny a d
 3 qd ſuab
 Apology pro
 fabula

pugnauit, & suburbium igne ferroq; deuastans
atroci conflictu lacefcuiuit. Quo circa ad Franci-
am pernicipibus equis properatum est: & ducenti
Equites in ciuitatem clam immiffi. Qui tertio
Idus Augufti cum copijs Iohannoti Tungrim
oppetentes, quum in planitiem ciues occurrerēt
rurſum ciuitatem ingredi coegerunt. Deinde in
Loſſen agrum incurſantes, Loſſenſem eccleſi-
am propugnaculis ac vallo munitiffimam expu-
gnauerunt; & obſides ſecum abducentes, ciues
pecuniam & ſtipendium Equitibus cōferre, ad-
hibitis ſacramentis compulerunt. Poſt quē indu-
cię datę ſunt, & apud Leodium Calendis Septē-
bribus multa læticia promulgatę, decedente ni-
mirum a Leodijs Iacobo Croño, omnium harū
factionum impulſore. Cæterum aliquamdiu re-
bus anxjs perplexiſq; tandem in conſiſtorio do-
minorum diui Lamberti vota Canonicoꝝ de
pace obeunda pridie nonas Decembres inquiſi-
ta ſunt: & proximo anno in oppido Trudonen-
ſi & Traiectenſi, conuentu nobilium concito,
pax tertio decimo Calendas Martias concluſa,
quam tamenſi ruperit Robertus, qui Dionantū
oppugnare moliebatur: bonis tamen auſpicjs,
pederentim aduenit. Anno quippe ſalutis Mil-
leſimo quadringenteſimo Nonageſimo ſecundo
do, menſe Martio, Euerardus a Marca Antiftitē

Loſſen.
ager vaſta-
tur.

Pax cōclu-
ditur.

1492

O in

Horneus
in Leodio
um dedu-
citur

in campis amice compellans, in gratiam recepit
& octavo Calendas Augusti a Traiecto, maximo
fastu magnatum, plausuque civium per porta-
tam diui Leonardi Leodium deduxit. Pactaque
est pax tam incolumis, ut non nisi hinc inde, la-
trunculi obscuri nominis, colonias turbarent, et
Arenburgi Horneis eo sociarentur federe; ut
pariter oppidum Sittart expugnarent. Denique
affinitate inuicem iungentur, ut Euerardi filius
comitis gnatam uxorem duceret. Igitur rebus
pace florentibus, anno sequenti mense Februa-
rio, Antistes Hoyum, quod ab Archiduce im-
pignorum fuerat, precio redemit: & Mense
Decembri, quum Ducis Romanorum capita-
neus patriam penetrans, Tungrim dolo occu-
pare conatus est, sed ciuitatem idem anno se-
quenti, octavo Calendas Februarias, in Braban-
tiam vocatus, ultro reliquit. Proinde Antistite
Horneo tutore Ducis Philippi constituto, eun-
dem in Germaniam ad Vlmam perduxit: & an-
no salutis Millesimo quadringentesimo Non-
agesimo sexto, incolumen reduxit, cuius comi-
tia Leodiorum gens, Mille & quingentis flore-
nis locupletauit. Quo anno Mense Mayo, plu-
res circuli in firmamento ætheris pellitebant,
& octavo Calendas Iunias, mane ad hora octa-

Signa
hor.

1
quam quasi tres soles in aera eminebant. Deinde
quarto decimo Calendas Iulias, tonitrua & ful- 2
mina exaudiebantur, grandinesq; inualescebant, 3
denique insperata tempestas, omnem agricola- 4
rum spem pessundabat. Ad hæc tertio decimo
Calendas Iulias, ventus impetuosissimus erum-
pebat, qui supercilia domorum secum absume-
bat, quem in Aprili identidem Trudonenses ex-
perti, turrim eminens demolientem maxima ia-
ctura ingemuerunt. Preterea anno salutis Mille-
simo quadringentesimo nonagesimo octavo in-
ducens Gelro concessisa Brabanto & Saxone, in
Leodiorum agros excursare disposuit, quod pe-
cuniam sibi constitutam hactenus non exoluiss-
sent. Quare stata dies est, & in ciuitate Diestensi
quotannis ei mille floreni designati. Post quæ,
Antistes Traiectum iam aliquamdiu sibi rebel-
le, ecclesiastica sententia perculit, quod fulmine
atq; censuris deterritum quum ciues peniterent
statim in gratiam recepit. Insuper anno sequen-
ti, Robertus Arenburgus Francorum regis Ca-
pitaneus, ingenti expeditione ad Gelriam profectus,
suburbia ciuitatis Leodine, Mosa transmissis lo-
petit, quæ ciuitas, decem milibus florenorū, men-
se Iulio alio digredi procurauit, quo anno & de
moneta quæ indies minoris expēdebatur senatuscō-
sultū editū est. Extremū vero Antistes anno. 1500.

Chaz ob
Pittm

1 2.3
+
•
Portenta
crucis

Epistola

quintodecimo Calendas Martias, castrū Gorre;
potentissime obsessum expugnauit, & quartode-
cimo Calēdas Maias, equitibus ducentis instru-
ctus Coloniā vsq; Agrippinā properauit, vbi ex
condiēto fēdus inter Ultra Traiectēsem Antisti-
tē, & ducē Iuliacensem pactū est. Neq; non āno
subsequenti, tercio Idus Februarj Leodijū reuer-
sus, capitaneū Seraneum, & alterū quendā, ob
proditionē conceptā, capite truncari præcepit.
Quo anno mirāda quædā & proflus inaudita,
vt ille ait, ostendit deus hominibus. Siquidē in
vno & alio loco Dioceseos Leodię, a festis palca-
lib⁹ aliqñ in ecclesijs, aliqñ in plateis, aliqñ in do-
mib⁹ & in ipsiis etiā cubiculis apparuit inopinate
signū dñicæ crucis, fuitq; aut nigrū aut rubeū,
ita vt nōnunq; putaretur esse verus sanguis cum
medulla & sanie effusus, emergebantq; cruces
simplices, aliquādo bifidæ in forma signi sepul-
chri dominici. At libitū est seriē Epistolæ hoc lo-
co ponere, qua horneus Maximiliano rē omnē
depinxit. Apparēt (inquit) vt plurimū, super ca-
pitibus mulierū, & maxime puellarū, in earum
peplis summo vortice coinpresse. Cōtestaturq;
inquisitionē se q̄ diligentissime adhibuisse, vsq;
adeo, vt neq; dolus neq; fraus interuenire potue-
rit. Adñcitq; mulierē viginti duorū annorū ad
prime honestā his portentis fere exanimatam fu-

isse. Quæ die quodã comperit, admonita a ma-
tre, signum crucis magnũ, & amplũ in peplo co-
loris aurei atq; ad singulos quattuor ei⁹ angulos
emicans, & crucẽ vnam exilẽ cõcolõrẽ, perinde
vt arma sunt Hierosolymitani regis, inq; medio
maiorẽ crucem sanguinolentã. Territa inde mu-
lier, cũ reuerentia pepulũ illud ad locum mundũ
reposit, & aliud mundũ capiti imposuit. Mox
in eodẽ crux grandis apparuit. Accurrunt homi-
nes multi ex admiratione, in quorũ cõspectu ite-
rũ & iterũ pepla mutauerat, ita vt nouẽ diebus
pepla tredecim cruce signata fuerint. Insuper dũ
quadã vice q̃ plurimi cũ ea de præmissis loquerẽ-
tur, astantes viderunt inter colloquendum ex-
oriri in eius mento crucẽ latitudinis vnus digiti
coloris & saporis mellei, cuius stipes a gutture,
in inferius labrũ vsq; ad dentes vergebat, per bra-
chia vero portendebatur ex aduerso inter men-
tũ & labrum prædictum, quanta est oris ampli-
tudo, quo quũ ad astantium admonitionẽ leua-
re manum dexterã conaretur apparuit cõsimilis
cruz in eadem, retracta ad sinum manus, cũ vtra-
q; signa, duabus fere horis perstetissent, demum
pro vt venerant, ita disparuerũt. Sed post hæc nõ
solum forma crucis apparuit, quã & veluti hasta
quædã, ac desuper nõnulli characteres. Corona
deniq; concludebatur in circulo viridi, totũ con

eingingente caput, protulitq; inde cacumina ad mo-
 dū spinarū. Apparuerūt & signa in camisīs ma-
 riti crucis sanguinolēta. Hortatus est mulierē cu-
 ratus, vt cū Iubileus esset in Traiecto superiori,
 vbi degebat antistes, ire eo atq; confiteri: assensa
 iuit, & ad diuū Seruatū cōfessa est magno The-
 ologo. Iussa post hæc iuit in chorū, & propter re-
 liquias deducta est in ædituario, allato ei ibidem
 peplo nitido, rogata est illud capiti implicare, ne
 cū tanto horrore per plateas incederet, assumens
 ipsa nouum, quod capiti admouit, mox irrupit
 in ipsius pepli parte anteriori sanguinis tanta co-
 pia, vt confestim in extremā vsq; fimbriam ad
 vnius digiti longitudinē & prope duorū latitu-
 dinē deflueret. Vnde adeo conspicientes sunt ae-
 toniti, vt e Canonicis vnus protinus caderet. At
 illa inde discedente, visa est publice in peplo, re-
 centi ad scapulā dextrā, magna vis sanguinis, in
 figurā quasi crucis se porrigēs atq; āplificās. Cū
 quibus demū signis ipsa ad antistitē ducta est, re-
 cētī & madido cruore, vt in sua presentia, vt scri-
 bit, digito atrectatus, articulis hereret, multis vi-
 dētibus & admirātibus. Quæ oīa Maximiliano
 Romanorū regi, Horneus trāsscripsit. i. Calen.
 Iunias. Quæ tā horrēda p̄sagia, quid significa-
 rint, hæctenus nō video vsū aut efficacia demon-
 strātū, ceterū subesse aliquid nēminē puto p̄te

rire. Eodē anno viri qdā ex Italia in Germa. Deī Viri perie
in Leodiū aduenerē, tunicis nōnulli lineis nōnul grini ex
li pullis laneis, induti, nudis pedib⁹ & capitib⁹ di Italia
scoopertis incedētes atq; lignēā crucē in manib⁹
singuli deferentes, iuxta edictū Seruatoris, euan
gelici, omnibus diebus prēter dominicā ieiunan
tes, holera, brassicā & mentā herbarūq; radices
cū sale resperso māducantes, absq; cuiusuis pine
guedinis appositione. Deniq; aquā sobrie potitā
tes. In sacris quoq; tēplis ad modū crucis brachia
protendētes, prolixiusq; orātes, humi se iactabāt
nō amplius. 24. horis vno in loco, vel hospitiō
manētes, nisi quē corporis valetudo mala deti
nuisset. Qui p̄ ciuitates & oppida atq; villas bini
simul aut terni circūeuntes, cibū hostiatim vbi
esuries cōpulisset mēdicabant. Deniq; his ex cle
ricorū ordine plurimi sacerdotes & diaconi atq; *hypodiaconi*
hypodiaconi cōiungebātur, nihil prāter tunicā *pl. oratione*
zonā, lignēā crucē, & sacculū secū adferētes, Co
loniā agrippinā, Aquisgranū, Traiectū, & Leo
diū oēs visitabāt. Erat illis volūtarie hęc assūpta
penitētia, quā quisq; p̄ voto suo peragebat, alius
quidē. 3. ali⁹. 5. alius septē ānis, iuxta voti qualita
tē, quo se suapte spōte obligabāt, finito termino
quisq; in sua reuers⁹ ē Anno deniq; salutis. i 504
pridie Id⁹ Maias apud Leodiū infidatiōes, & a
quarū diluuiū domicilia aliquot absūpsit, deinde

Terremotus

*hormen
maru
pit*

*hormen
eggrata*

Terremotus

2.

Palatium
exuritur

decimo Calendas Septēbres, in profesto diui Bartholomei terremotus sub nocte territorium omne concussit, cuius rei nouitate q̄ plurimi deterriti sunt. Insuper mense decēbri antistes laborare morbo cępit, & concurrentibus passim credito ribus, quū cōmoueretur, ira nimia excandescēs, egritudini augmentū dedit. Vnū solummodo curauit, vt a magnate Ioanne a Marca francimō tum redimeretur. Qui anno. i 505.3. nonas Februarij in processione, quę in festo Purificationis celebri cultu peragitur, poplexia impediri cępit. Ceterū valetudinarius aliq̄diu, quum ad festa paschalia religiosissime ad dei opt. Max. cultū comparuisset, quum a Traiecto Leodiū adequitaret, in valuiserga se excommunicationē appensam cōperit, quare qua venerat via, reditum maturauit, & prę ira fere exanimatus est. Iterū pridie Calendas Iulias terremotus factus est, sed non nisi momentaneus, & vndiq̄ aquarum proluies inualuit, quā ex continuis hymbrib⁹ prouenisse putauerunt. In Hasbania vndecimo Calendas Augusti, seges in cāpis absumpta est, & Iecora Traiectensiū muros, atq̄ pręminentiorē portā, absorpsit. Inualescēte autē morbo & iam aliq̄diu periculose penetralia ipsa corrodeute, antistes visendi Leodiū disyderio tenebatur, & sospitatē, aeris permutatiōe sibi pollicitus, in colle

gio diui Martini, locū delegit. Sed quū casu Pala-
tium, cādela in stramine concidēte, cōbureretur.
Equiq; luculentissimi & mulirariquidē & mag-
no empti precio, coneremati interīssent, vix se-
ipsum ferens, hac parte plurimū valetudini suæ
obfuit. Accessit quod. i. s. Calendas Februarias
minus ad sententiā eius concludentibus ciuibus
cū se a ciuitate, subducere oportunum duxisset,
satis tumultuanter vehiculum conscenderet, spē
q; omnem recuperandarum virium disīceret.
Obīit anno salutis. i. 505. sextodecimo calendas
Februarias, anno administratiōdis. 25. Sepult⁹ in
cucullitio Minoritarum, in promontorio Ciui-
tatis Traiectensis. Floruit sub Apostolicis viris,
Alexandro. 6. Pio. 3. & Iulio. 2. Imperantib⁹ Fre-
derico. 3. & Maximiliano. Instituta sunt apud Le-
odium duo monasteria, vnū quod est fratrum ob-
seruantium (quod Hierusalem dicitur) alterum
Adelphorum, qui se fratres diui Hieronymi no-
minant. Qui contubernio literario adulescentes
excipiunt, excepto s; multo disciplinarum feno-
re instructos, paratibus remittunt, quibus ego me-
totum debeo, nō tā quod optimis autoribus me-
am pueritiā imbuerunt, sed quod huius religio-
nis, si qua ē atq; instituti impulsores fuere. Quo-
rum felix aduēt⁹ a Buscoducis huc prospectus est,
anno salutis. i. 496. Mēse iulio. Deinde anno se-

*collatū
dicitur*

*mostr
1405.*

*duo
monasteria*

*omni latro
omnia fuit*

quenti in monasterio diui Lauretj quida senex
a Colonia adueniens, in condenda cereuisia arti
ficē se euntibus, & hac occasione. Conuerforū
habitū (sic enim eius generis homines libet ap
pellare) adeptus, quū post secundā noctē in fur
to deprehēsus postridie carnificinā deputaretur
quattuordecim latrocinorū, & octo seorsum cū
vxore perpetratorū, obnoxius, immani suppli
cio vitā finiuit.

CLIII. Antistes.

1506.

ERardus a Marca filius viri principis D. Ro
berti Cliuiz, Marce, & Arensburgi imagi
nibus clarissimi, ad maxima natus, forma
ingenio, dotibus, maxime autē clementia insig
nis a bello semper, ceu extrema pernitie abhor
rens. Protonotarius Apostolicus, nuper. 7. Idus
Apriles Canonorum albo ascriptus literarum
iurisq̄ peritus, Iacobo Crojō, quē Philippus iā
in Hispanias accinctus, legatione comitis a Sem
poi electoribus commendauerat, calculi omniū
haud difficile antepositus est anno salutis Mille
simo quingentesimo sexto, pridie Calendas Ia
nuarias. Cui vt in os loqui, & subinde Rethorū
occupationibus opstrepere nolum⁹, ita eo inco
lume atq̄ superstite, nihil ōnino definiem⁹. Cæ
terū q̄ sumus in laudes illius propensi, monimē
ta nostra testari protulit.